quod stat debeat perpetuo Confirmari, cum libertatibus, Conditionibus, et Ordinibus. Cum quibus est modo, reservata tamen libertate tam M. C., quam ipsius C. X. super Consiliis factis, et fiendis, et de renovando, et de Corrigendo in eo statu, quo nunc est. Et quod Decem eligantur de cetero p unum annum a Festo S. Michaelis proximi in antea quia tunc complet C. X, et illi qui intra annum fierent eligantur p complementum anni, et qui fuerint uno anno, vel in tempore anni de C. X, non possint esse in anno sequenti. Et si quis de Consilio Rogatorum eligetur Decem sit de Rogatis eligatur alius, loco ejus de C. Rogatorum.

Consuetudo est quod in primo M. C. Mensis Augusti fiant tres de C. X, et transacto dimidio Mensis, in primo Consilio fiant alii duo, et sic servatur in mense Septembris de aliis quinque.

1761. 18. 7bre. Consegnata dal Circospetto Michel
Angelo Marini Segretario Legista.

Capi, ed Inquisitori non possino rifiutare

1411. Die 4. Martii.

Quod aliquis de C. X. non possit refutare esse Caput, et Inquisitor C. X. in penam Librarum Centum. Et non possit presens Pars revocari, nec de pena fieri gratia, sub penam Librarum 200, usque in infinitum pro quolibet ponente, vel Consentiente partem in Contrarium.

1761. 1.mo 8bre. Tratta dal Libro de' Misti N.o 9. dell'Ecc.o
C. X.o a pag. 61. p comando, ed uso degli Ecc.mi Correttori.

Inquisitori siano privi del Carico mancando 8 giorni.

1412. 16. 8bris.

Quod sicut quando Capita de X, sive unus ex Capitibus stant octo diebus, quibus non veniant ad Consilium, sunt extra de essendo Caput; Sic observetur de Inquisitoribus, quod quando steterint octo diebus, quod non venerint, sint extra de essendo Inquisitores, et remaneant sicut alii de Consilio.

Tratta dal Libro Partium et Ordinum C. X, detto magnus
1761. 30. 7bre